



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXXXIX Papst Johann XXII. befiehlt den Erzbischöfen, die gegen den
Markgrafen Ludwig von Brandenburg und die Verweser der Mark, Grafen
Ulrich und Günther von Lindow, gefällte Sentenz vom 9. April ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

ghestoruen se. Nu spreken de markeschen alfus dar weder, dat dat lant tu lippene kophte de markgreue rechtliken vnde redeliken; vnde heft it vorghulden; vnde spreken also, dat hit scholde hebben van deme rike. Dar spreken si weder van der herteghen weghene also vnde des stichtes: si scholden it van deme goteshuse hebben. Vortmer don de herteghen der marke weldich worden, don setten se de van wedele vnde ok ander lude tu hofstuden vnde gheuen eme ere breue darop, dat si si von alleme schaden, de redelik were, wolden nemen. Des hebben se tu manende noch. Dar spreken de herteghen geghen alfus: dat de van wedele vnde de markeschen grepen se an vnde roueden se vnde brande se; so dunkit vs des, dat de hertegen eme gicht plichtig sin tu gheuende. Dar spreken de markeschen weder alfus: na deme dat de herteghen ere breue hebben ghegeuen dar op, si van alleme schaden tu nemende, de redelik were, so dunkit in dat recht wesen, dat se eme ghelden scholen also ere breue spreken. Dit sint alle de fake, de den dedinghes luden schelen an beyder syt, de hir vore ghescreuen stan, des sy ouer ein nicht komen kunnen, Eyn isslik fake sunderliken mit deme antworte. Vnde dese vore schreueene fake, de stan vppe den homester van prucen, de schal sie vntschieden, wente dat eyn ouerman an desen dinghen is. Deses sint wi endrachtich worden, we viue, de dar vore sproken sin, dat eyn eslik here, de markgreue van Brandenburg vnde de heren van stetin vnde de biscop, scal bi siner scheide bliuen, also he was bi des markgreuen tiden. Dese breph is ghegheuen vnde screuen des du sendesten drehunderdesten soven vnde tuinfteghen iares na godes bort, an svnte gregorius auende: vnde an ene openbare betughinge al deser voresprokenen rede, dat dat war si vnde stede bliue, des hebbe wi tu desen ieghenwardeghen breuen vse ingheseghel alle vmmehenghet.

Handschrift bei v. Hammer im Cod. d. Br. continuat. I, 20 abgedruckt.

DCXXXIX. Papsjt Johann XXII. befehlt den Erzbischofen, die gegen den Markgrafen Ludwig von Brandenburg und die Verweser der Mark, Grafen Ulrich und Günther von Lindow, gefällte Sentenz vom 9. April 1327 zu publiciren, wonach dieselben für excommunicirt zu erachten, wenn sie nicht von der Mark Brandenburg absehen, am 13. April 1327.

Johannes Episopus Servus Servorum dei Venerabilibus fratribus Archiepiscopo etc. — Nuper contra nobilem virum Ludovicum primogenitum Ludovici, olim ducis Bavarie, et Vdalricum et Guntherum, Comites de Lindowe, pro administratoribus seu gubernatoribus dieti primogeniti se gerentes, certum processum habuimus, cujus tenor sequitur in hunc modum: Johannes Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Olim contra Ludovicum de Bavaria certos processus diversis temporibus habuimus, in quibus inter cetera continetur, quod deducto ad nostri apostolatus auditum, prefatum Ludovicum, qui in Regem Romanorum in discordia dicebatur electus, electione hujusmodi per nos, ad quos et Romanam Ecclesiam electionis et persone cujuscunque in

Regem Romanorum electi examinatio, approbatio et reprobatio seu repulsio, pertinere noscuntur, nequaquam admisa, nec ejus approbata persona usurpando nomen et titulum Regium indebite se administrationi iurium Regni et Imperii ambitiose nimium ingessisse, de dignitatibus ad Regnum et Imperium predicta pertinentibus disponendi, sicut de Marchionatu Brandenburgensi, quem Ludovico primogenito suo infra annos pubertatis constituto, non providendo dignitati, sed persone potius, presumpserat de facto conferre, nos eundem Ludovicum per edictum publicum sub excommunicationis pena, quam ipsum, nisi cum effectu monitioni pareret hujusmodi, incurrere volumus ipso facto, monendum duximus, et eisdem districtius injungendum, ut premissa, que suo improvide gesserat de facto, cum de jure non posset, curaret infra certum prefixum sibi terminum revocare, que nos etiam causa, nulla, et irrita esse, tamquam per illum attemptata, cui vis ea faciendi minime competeat, declaravimus, illaque cassavimus, irritavimus, nihilominus ad cautelam etiam insuper monuimus omnes et singulos tam clericos, quam laicos, cuiuscumque forent preeminentie, conditionis et status, etiam si Pontificali vel Imperiali, vel quavis alia dignitate fulgerent ecclesiastica vel mundana, nec non communitates et Universitates Civitatum, Castrorum, Villarum et aliorum quorumcumque locorum, ne prefato Ludovico super hiis, que ad administrationem Regni vel Imperii pertinent predictorum parerent vel intenderent quoquo modo, nec sibi quoad hoc prestarent auxilium, consilium vel favorem, et hec sub pena excommunicationis, quam contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, et aliis penis et sententiis in predictis processibus inflictis seu comminatis, et specialiter privationis feudorum et privilegiorum apostolicorum et Imperialium, ad quas infligendas nos, prout videremus expediens, eidem prediximus absque monitione et citatione alia processuros. Verum quia, sicut fama publica notoriatur, nobilis vir Ludovicus, dicti Ludovici de Bavaria primogenitus, ac Ulricus et Guntherus, Comites de Lindowe, dicti Ludovici primogeniti pro gubernatoribus seu administratoribus se gerentes, prefato Ludovico de Bavaria, excommunicato, Dei et Ecclesie rebelles et hostes ac de Fautoria hereticorum sententialiter condemnato, adhererunt super predictis, que ad administrationem dictorum Regni et Imperii pertinent, ac presiterunt et prestant eidem contra tenorem dictorum processuum auxilium, consilium et favorem, sibi tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo parendo et obediendo ac usurpando, quantum in eis est, marchionatum predictum, pretextu temerarie collationis iam dicte, que omnia sic fore noscuntur notoria, quod nulla possint tergiversatione celari; nos, licet contra eundem primogenitum ad declarandum ipsum in sententias predictas, contra tales in dictis processibus promulgatas, et alias penas eorundem processuum incurrisse juste procedere valeremus, tamen propter ipsius etatem teneram ab hiis de benignitate apostolica supersedentes, ad presens prefatos Ulricum et Guntherum, pro administratoribus seu gubernatoribus dicti primogeniti, se gerentes in eandem excommunicationis sententiam incidisse, ipsosque tamquam excommunicatos, preter casus exceptos a jure, fore vitandos ab omnibus, de fratrum nostrorum consilio declaramus: et insuper per hoc edictum publicum, presente multitudine copiosa fidelium, eosdem primogenitum, et Ulricum ac Guntherum se gerentes pro gubernatoribus et administratoribus ipsius, monemus, eisque sub excommunicationis, quam ipsos et eo-

rum quemlibet monitioni hujusmodi forsitan non parentes, incurrere Volumus ipso facto, ac privationis Feudorum, bonorum, honorum et jurium ac privilegiorum quorumcumque, que a Romana vel quibusvis aliis Ecclesiis seu Imperio obtinent, penis et sententiis mandamus expresse, ut ab occupatione dicti Marchionatus ac jurium et pertinentiarum ipsius, et quavis molestatione Prelatorum et personarum Ecclesiasticarum, nec non nobilium et aliorum quorumlibet incolarum predicti Marchionatus celsent penitus et desistant, ipsosque citamus peremptorie, ut infra quatuor mensium spatium, a dato presentium numerandum, quos eis pro peremptorio termino de ipsorum fratrum consilio prefigimus et etiam assignamus, apostolico conspectui, ipse videlicet Ludovicus primogenitus per se vel per alium, alii vero duo personaliter, se presentent super predictis facturi et recepturi ac sententiam audituri, prout justitia suadebit, eisdem nihilominus predicentes, quod si infra predictum terminum comparuerint, sive non, nos contra ipsos, et eorum quemlibet ad declarationem et inflictionem dictarum et aliarum penarum, contentarum in dictis processibus, prout et quando expedire videbimus, absque monitione et citatione alia procedemus, eorum absentia non obstante. Et insuper universis et singulis, tam clericis, quam laicis, cujuscumque preeminentie, dignitatis et conditionis existant, etiam si Pontificali, Imperiali vel Regali seu quacumque alia Ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, nec non Communitatibus et Universitatibus, Civitatibus, Castris et locis sub excommunicationis in personas singulares, et interdicti in Communitates, Universitates, Civitates, Castra et loca predicta penis et sententiis mandamus et inhibemus expresse, ne prefato primogenito tamquam Marchioni, aut prefatis Vlrico et Gunthero ut gubernatoribus seu administratoribus ipsius, super aliquibus dictum Marchionatum tangentibus assistant, adhereant seu prestent quomodolibet vel per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium vel favorem, nec de redditibus, proventibus, obventionibus, jurisdictionibus et dominiis ejusdem Marchionatus vel alicujus partis ipsius respondeant quoquomodo. Contrarium facientes, personas videlicet singulares excommunicationis, Universitates vero, Communitates, Civitates, Castra et loca interdicti sententiis subiacere volumus et decernimus ipso facto. Ut autem processus noster hujusmodi ad dictorum Ludovici primogeniti ac Vlrici et Guntheri et aliorum, quos tangit, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentel eundem appendi seu affigi in Ecclesie Avinionensis ostiis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod ipsi et alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam alligare, quod ad eos idem processus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, quia non est verisimile, quoad ipsos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod processus noster hujusmodi adeo prefatos primogenitum, Vlricum et Guntherum, ac alios omnes et singulos, quos tangere noscitur, apprehendat et arctet, ac si eisdem insinuat personaliter et publicatus solemniter extitisset, quacumque constitutione a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus in contrarium edita non obstante. Dat. Avinion, V. Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno Undecimo. Ut autem dictus processus et contenta in eo cunctis eorum partium clarius innotescant, Fraternaliter

tati Vestre in Virtute sancte obedientie per apostolica scripta districtius precipiendo mandamus, quatenus Vos et singuli vestrum per vos, vel alium, seu alios religiosos vel seculares, de quibus Vobis videbitur, quos ad hoc exemptionis et quibusvis aliis privilegiis et indulgentiis, eis vel quibuscumque aliis sub quacumque forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, que nulli quoad hoc volumus suffragari, nequaquam obstantibus, compellere per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita valeatis, dictum processum et contenta in eo publicare solemniter in locis vestrarum Civitatum et Diocesium, de quibus fuerit expediens, studeatis, Nos inde per vestras litteras vel instrumenta publica, principium et finem contentia presentium, infra terminum in eodem processu prefixum reddituri nihilominus certiores. Dat. Avinione, Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno undecimo.

Aus dem Vaticanischen Geheimen Archive Ex litt. autograph. Joh. XXII. Anni XI.

DCXL. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg und der Herzog Magnus von Braunschweig schenken dem Kloster Kaldenborn das Pfarrrecht zu Schorbau, im Fürstenthum Eisenach, am 10. Mai 1327.

Tenore presentium Nos Agnes, Dei gracia Marchionissa Brandenburgensis, nec non Magnus, eiusdem gracia Dux de Brunsvik et Marchio in Landesberg, publice profiteamur, quod bona et matura deliberacione dedimus et in presentibus damus ecclesie sancti Johannis Evangeliste in Caldenborn canonicorum regularium omne ius, quod habuimus in parochia Zcorbau conferendi, et cum hoc renunciantes proprietati et libertati parochie prenominatae, ita quod habeat dicta ecclesia sancti Johannis, quemadmodum nos habuimus, cum omnibus proventibus et fructibus, pertinentibus ad parochiam suprascriptam. Ad meliorem huius proprietatis et donacionis certitudinem, presentem literam nostris secretis sigillis dedimus consignatam, donec nostris sigillis authenticis poterimus confirmare, cum illa iam non habemus. Datum Delitz, anno Domini M. CCC XXVII. Dominica, qua cantatur Cantate Domino. Testes huius donacionis et proprietatis sunt strenui milites Tylo de Schenckenberg, Tylo de Diskau, Henricus de Sebig, dominus Fridericus plebanus in Delitz, Johannes plebanus in Lysau, Rudolphus Buffle Notarius et ceteri fide digni.

Schoettgen et Kreyfig Dipl. hist. German. II, 728. Hannöversche gelehrte Anzeigen v. J. 1753 S. 356 mit der Jahreszahl 1227.